



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Dispvtatio De Statv In Qvo Sint Beatorvm Animae Post  
Hanc uitam, ante ultimi iudicij diem**

**Dévay Biró, Mátyás  
[Nürnberg], [1537]**

**VD16 D 1300**

Ad Lectorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34195**

## AD LECTOREM.

SATIS appareat quomodo Sathan ubique se opponat, ne  
doctrina Euangelij syncera etiam apud aliarum linguarum homines innotescat. Nam cum vir doctiss. & optimus  
D. Matthias Deuay, in sua lingua Casso uiae & alibi in Hungaria Euangelion annunciasset cum magno fructu,  
excitauit Sathan zizania sua per Monachum quendam Zege  
densem, qui uarie calumniatus est sanam doctrinam. Quare  
D. Matthias rationem publice toti mundo uoluit reddere,  
quod nihil impium aut scandalosum in Hungaria prae*dictio*  
uerit, & hos duos libellos adornauit, in quorum altero pri  
ore disputat contra abusum inuocationis sanctorum, quod ea non solum frustra sit, sed & impia: Si quidem soli Christo  
honos inuocationis debetur, & Sancti nodum sunt consummati, sicut Epistola ad Hebraeos dicit ca. 11. Et Paulus di  
cit: quod etsi no omnes morietur, tam omnes subito muta  
buntur. Et ad Thessalonice, quod nos non anteuertemus *Hebrei. 11.*  
eos qui mortui sunt. Haec fuit causa pio homini, cur de statu animarum post hac uitam disputaret ex professo, ut scilicet inuocationem Sanctorum ex hoc fundamento totam con*cessione*  
uelleret & euerteret. Siquidem Sancti, etsi sunt, & suam quietem habent, tamen nobis sunt acsi non essent, quod attinet ad inuocationem & intercessionem, sicut Esa. quoque dicit: *Ad*  
*Abraham nescit nos &c.* In posteriore libello, quia quendam ipsius propositiones ab insano Monacho iniquissimis calumnijs publico scripto erant traductae, propter fratres quos in Hungariæ regno habet, coactus est ab istis calumnijs sententias suas vindicare, in quibus (nam breues propositiones sunt) fere omnia complexus est, quæ ad fidem nostram docendam requiruntur. Has lucubrationes speramus bonis omnibus *Esa. 5*

gratissimas fore, quod sunt quasi primitiae, quae domino,  
tempore Euangelij ab aliis nationum hominibus offerunt.  
Quare non gratias solum pro hoc dono agere, sed & Deum  
orare debemus, ut hoc pacto Euangelion suum propaget  
etiam in alia regna, ut quemadmodum haec doctrina apud  
Germanos gloriam Christi, quam Sophismatibus suis Mo-  
nachii oppreserunt, illustrauit, ac Pontificis & suorum impi-  
etatem in publicum produxit, ita etiam aliæ nationes stu-  
dio cognoscendæ gloriae Christi, & odio Papæ, qui uere  
Antichristus est, impleantur, Amen.

REVE